



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XL. De regno Bohemiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

Episcopus ipse Geneuensis hodie sedem
habet Anefsiaci, quod est Sabaudiaë opi-
dum.

CAPVT XXXIX.

DE DVCATV POMERANIAE.

Pomerania, regio Germaniæ ad mare
Balticum, Ducatus titulo nobilitatur:
cuius vrbes sunt *Stetinum* emporium,
Caminum, vrbs olim Episcopalis sub Archi-
episcopo Gnesnensi, *Griphsvaldia*, ob Aca-
demiam an. 1546. institutam nota, & *VVol-
gastum*, Principis sedes. Pomeraniæ primi
Duces Bugislaus & Casimirus à Frederico
Barbarossa Imp. an. 1182. sunt creati.

CAPVT XL.

DE REGNO BOHEMIAE.

Bohemiæ metropolis est Praga, Re-
gum atque Imperatorum Romanorū
aliquot sæculis iucunda sedes. Habet
ea Archiepiscopum & Legatum natum, an.
1344. à Clemente VI. creatum: cui suffraga-
ri solent *Olomucensis* in Morauia, & *Lito-
missensis* in Bohemia Episcop. Posterior ista
sedes Episcopalis desijt, furore Hussitarum,
qui

qui hodiſque totam ferè Bohemiam infi-
ciunt. Eorum hæreſis primaria eſt, SS.
Euchariftiam ſub vtraque ſpecie laicis dan- *Huſſite.*
dam eſſe: ideoque calicis ſignum pro tem-
plorum ſuorum foribus collocare ſo-
lent.

Præter Huſſitas, viuunt in Bohemia ma-
gno etiam numero Lutherani, Calviniſtæ,
& Picardi: quorum poſtremi ſunt reliquæ *Picardæ.*
veterum hæreticorum VValdenſium. His
nomen dedit Petrus VValdus, ciuis Lugdu-
nenſis, anno circiter 1170. qui patriâ reli-
ctâ, cum in Picardiam regni Galliæ Pro-
uinciam veniſſet, multos in eâ ſectatores
nactus eſt. Inde in Germaniam tranſiens,
demum in Bohemia conſedit: vnde etiam
hodie, ij qui ea dogmata amplectuntur,
Picardi vocantur. Sic ex Vido Perpiniano,
Epiſcopo Lodeueniſi, qui Inquiſitoris mu-
nus in VValdenſes exercuit, Iac. Thuanus
tradit Hiſt. lib. 6.

CAPVT XLI.

DE SILEſIA ET
Moravia.

DVæ iſtæ Prouincię ad regnum Bohe-
mię pertinent, certis fœderum con-
ditionibus. Vtraque varijs ſectis, vt